

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**


## **Statuta Ruralis Capituli Linzgoviensis**

**Marquard Rudolf <Konstanz, Bischof>**

**Constantiae, 1699**

Caput III. De annuo conventu capituli & cultu divino in eodem peragendo

[urn:nbn:de:bsz:31-129236](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-129236)



# Caput III,

## *De annuo Conventu Capituli & cultu Divino in eodem peragendo.*

**T**Res olim Capitulares Conventus annuatim celebrare consueverunt prædecessores nostri. 1. Feria 5. post Dominicam Septuagesimæ, quod dicebatur mobile. 2. Marchdorsij feria 3. post Dominicam Cantate pro peragenda Benefactorum & fundatorum memoria 3. Bermatingæ feria 3. post vel circa Festum S. Michaëlis, antiquo vocabulo Galens dictum ex fundatione Anniversarij Prænobilis quondam Dominæ Hildgardis Schenkin de Ittendorff, quæ juxta specificam designationem in  
Ar-

Archivio no  
quædam bona  
nostro legato  
nisi fructu Co  
sario conven  
dium exhibea  
onere pro num  
gium & Exem  
lemitanum t  
nem factam  
2. Piores c  
gnis sumpti  
riorum tempo  
pituli nostri re  
cum gratioso  
mi Officij Epi  
nunc in susp  
in suo vigore  
vel crescent  
rationabilia o  
rum motiva ali

Archivio nostro asservatam certa  
 quaedam bona immobilia Capitulo  
 nostro legato attribuit, ut ex eorum  
 usu fructu Confratribus pro anniver-  
 sario convenientibus honestum pran-  
 dium exhibeatur, qui fructus unacum  
 onere pro nunc ad Celeberrimum Re-  
 gium & Exemptum Monasterium Sa-  
 lemitanum transit juxta declaratio-  
 nem factam 1455. die 9. Decembris.  
 2. Priores conventus, quia sine ma-  
 gnis sumptibus, quibus accisi per supe-  
 riorum temporum calamitates, Ca-  
 pituli nostri redditus haud sufficiunt,  
 cum gratioso consensu Reverendissi-  
 mi Officij Episc. Curiae Constant. pro  
 nunc in suspenso sunt. 3. Autem  
 in suo vigore remansit, usque dum  
 vel crescentes Capituli redditus vel  
 rationabilia occurrentium negotio-  
 rum motiva aliud statuere suadeant.

*De Cultu Divino in annuo  
Capitulari Conventu celebrando.*

**P**ostquam Decanus per patentes  
litteras sigillo Capitulari muni-  
tas Confratribus diem Capituli  
insinuavit, omnes & singuli ad præ-  
fixam diem & locum destinatum,  
cum palliis suis decentique Clericali  
habitus maturè compareant, & circa  
horam 8. unacum Decano Parochia-  
lem Ecclesiam in Bermatingen ingres-  
si in medio chori genibus flexis in ho-  
norem Deiparæ Virginis Matris ac Pa-  
tronæ nostræ amantissimæ unanimi  
voce cantabunt Antiphonam Salve  
Regina &c. cum adjunctis per Deca-  
num versiculo & collecta, quâ decan-  
tatâ surgent, & in scamnis ex utro-  
que latere suas occupabunt sedes, &  
submissa voce recitabunt ex officio de-  
functorum unum nocturnum curren-  
tis

ti feriaz cum  
lucis Camera  
litis ex digni  
B. V. Maria  
pulpitum &  
debita cum  
bus Confrat  
ficium B. V.  
tur alterum  
canum can  
per alium  
Decano de  
cio Contra  
ferunt ad alt  
consuetudin  
velit eas pa  
quere, quod  
erit: ante p  
tit se ad pop  
fundatorum  
solatio anim  
suffragia, ne  
flexis genibu

tis feriæ cum laudibus , quibus abso-  
 lutis Camerarius , vel eo impedito a-  
 lius ex dignioribus inchoabit officium  
 B. V. Mariæ , stantibus interea ad  
 pulpitum & cantum usque ad finem  
 debita cum devotione prosequenti-  
 bus Confratribus cantûs gnaris. Of-  
 ficiû B. V. Mariæ immediate seque-  
 tur alterum de anniversario per De-  
 canum cantandum , vel eo impedito  
 per alium ex Officialibus Capituli à  
 Decano denominandum. Sub offi-  
 cio Confratres bis suas oblationes de-  
 ferunt ad altare , quæ ex antiquissima  
 consuetudine Decano cedunt , nisi  
 velit eas pauperibus erogandas relin-  
 quere, quod in ipsius arbitrio positum  
 erit : ante præfationem officiator ver-  
 tit se ad populum , legitque nomina  
 fundatorum & Benefactorum , & pro  
 solatio animarum expetit consueta  
 suffragia , nempe ut omnes & singuli  
 flexis genibus recitent *Pater , Ave , &*

D

Cre-

*Credo.* Specialiter autem memoros  
esse debent omnes Confratres Præno-  
bilis Dominae Hildegardis Shenkin-  
de Ittendorff p. m. Fundatricis & Be-  
nefactoris nostræ singularis, item Re-  
verendissimi Prænobilis & Amplissi-  
mi Domini Domini Balthasari Episc.  
Ascalonensis &c. Cath. Eccl. Const.  
Canonici & Suffraganei ibidem,  
Adm. Rev. Domini Joannis Bühel-  
mann Decani & Parochi in Mörspurg  
de cujus fundatione cantatur post E-  
levationem Antiphona *Media vita*  
cum versiculo: *Domine non secundum*  
*peccata nostra &c.* Rev. Domini Joan-  
nis Schwarz Parochi in Hagnau:  
Adm. Rev. Domini Joannis Frik De-  
cani & Parochi in Hagnau, qui fun-  
dationem quandam fecit, vi cujus fi-  
nito de *Requiem* in memoriam Domi-  
nicæ Passionis cantatur Responso-  
rium *Ten bræ*, quo finito subjungantur  
Psalmi *Miserere & In te Domine speravi*.

Ky-

*Kyrie eleison*  
lo suo non pe-  
nibus tradidit  
ra me Domine  
nium humilitat  
nos quæsumus  
Domini nostr  
confortes, ut i  
nis fieri part  
num &c.  
omnibus C  
sponsorium  
feret ad par  
recitatis vesp  
Divino finet  
Ante cor  
negotiorum  
coram medi  
cum reliquis  
Spiritus sanct  
num: Veni San  
lo & collecta  
inquisitio, n

*Kyrie eleyson &c. Pater noster, proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum. V. de ore leonis libera me Domine. R. Et a cornibus unicornium humilitatem meam: Oremus, fac nos quesumus omnipotens Deus ita filii tui Domini nostri Iesu Christi passionis esse consortes, ut ipsius mereamur resurrectionis fieri participes. Per eundem Dominum &c.* His absolutis Decanus cum omnibus Confratribus cantando responsorium, *libera me Domine: se conferet ad parentale sepulchrum, ibique recitatis vespers Defunctorum cultui Divino finem imponet.*

Ante confessum & tractationem negotiorum Capitularium Decanus coram medio Altaris flexis genibus cum reliquis Confratribus implorabit Spiritus sancti gratiam dicendo Hymnum: *Veni Sancte Spiritus* cum versiculo & collecta, tum facta sessione fiat inquisitio, num adsint suscipiendi,

an & qui sine legitima excusatione à Capitulo absint, hos qui absentiam suam & tardiozem adventum legitime non purgaverint, aut in templo vestitu, aut moribus indecenter se gesserint? pro gravitate aut levitate delicti Decanus multâ arbitrariâ puniet, pertractatis etiam Capituli nostri incrementum concernentibus negotijs fiat per Decanum Capitularis exhortatio, quâ finitâ Camerarius præsentibus Confratribus Bursam cum consuetis præsentijs distribuet, cum hac annexa obligatione, ut unusquisque Confratrum pro fundatoribus & Benefactoribus domi adhuc unum sacrum legat. Præmissis omnibus expeditis.

Confratres cum Decano & Camerario ad locum summendæ refectiois bono ordine accedant, eo videlicet, quem in sessione juxta senium in Capitulo observare, convenit non habito

re-

respectu ul  
duati. Hu  
dum mensa  
ille, qui pri  
susceptus el  
loco. In  
lijs diverfor  
cerdotalis  
præsentis g  
quid cont  
morum g  
pulus scan  
nostrum  
procul ab  
disputatio  
ces joci, so  
saculare  
gulariter et  
deratiore re  
per publicas  
sto plebis sca  
sed sobrieta  
Clericalem

respectu ullius Capitularis etiam graduati. Hunc ipsum ordinem etiam dum mensæ assident, observent, ut ille, qui prior tempore in Capitulum susceptus est, potior etiam & prior sit loco. In loco convivij sicut & in alijs diversorijis Confratres statûs sui Sacerdotalis memores & sibi semper præsentibus graviter sese observent ne quid contra clericalem modestiam ac morum gravitatem agant, unde populus scandalizari. ac ministerium nostrum vituperari queat. Hinc procul absint contentiosæ & odiosæ disputationes, altercationes, mordaces joci, scurriles levitates & nugæ, sæcularem vanitatem redolentes, singulariter etiam abstineant ab immoderatiore potu, ne hinc inde trahi, ac per publicas plateas non sine manifesto plebis scandalo deduci debeant, sed sobrietatis ac decentiæ memores Clericalem dignitatem honestissimâ

vitæ exemplaris conversatione exor-  
nare satagant, unicéque studeant, ut  
maturè domum remeare possint, ne  
cura pastoralis in absentia illorum di-  
spendium patiatur.



## Caput IV.

*De vitæ morum honestate,  
nec non fraterna cha-  
ritate.*

**Q**ua vitæ puritate, morum gra-  
vitate, ac modestiæ, sobrieta-  
tis, & continentiæ exemplo,  
cæterarumque virtutum splendore  
Regalis Sacerdotij dignitatem illu-  
strare, populumque nobis commissum  
ad virtutis studium, pietatem, & Dei  
cultum provocare debeamus, hortan-  
tur

ty nos tum  
2. tit. 1. ab o  
fratribus sapi  
ac studiosiss  
sitationum  
sertim ultim  
plura salutar  
sta quem pr  
cij menore  
commissis  
verbi Divi  
re ac mo  
summeque  
lac juniorib  
fillent, cæ  
munia etia  
necessitas p  
titer obean  
Divino Ele  
tem habet,  
pro ovibus  
cunctis fund  
persuadean